fragmentarium

Auxilientur nobis domine ſumpta
myſteria et intercedente beato ſtepha
no martire tuo ſempiterna protectione
confirment. P dominum.
In medio eccleſie aperuit os eius et impleuit eum
dominus ſpiritu ſapientie et intellectus ſtola glorie
induit eum. Bonum eſt confiteri domino et
pſallere nomini tuo altiſſime.
Eccleſiam tuam domine benignus illu
ſtra et beati iohannis ewangeliſte
illuminata doctrinis ad dona perueniat ſem
piterna. P dominum.
Qui timet deum faciet bona. Et qui con
tinens eſt iuſtitie adprehendat illam
et obuiabit illi quaſi mater honorificata.
Cibabit illum pane uite et intellectus et
aqua ſapientie ſalutaris potabit illum.
Et firmabitur in illo et non flectetur et conti
babit illum apud proximos ſuos. In medio
In medio eccleſie aperuit os eius et impleuit eum
ſpiritu ſapientie et intellectus: et ſtola glorie
induit eum. Iocunditatem et exultationem the

VIII B20/19

Gheynſboeck tot
Archen 1638

illo. Et uocabitur eos populus ſanctus: redem
pti a domino.
Kmi: apparuit benignitas et humani
tas ſaluatoris noſtri dei. non ex iuſ
titie operibus que fecimus nos. ſed ſecundum mi
ſericordiam ſuam ſaluos nos fecit per la
uachrum regenerationis et renouationis
ſpiritus ſancti quem effudit in nos habunde per iheſum
chriſtum ſaluatorem noſtrum. ut iuſtificati gra
tia ipſius heredes ſimus ſecundum ſpem uite
eterne. In chriſto iheſu domino noſtro.
Benedictus qui uenit in nomine domini deus
dominus et illuxit nobis. A domino factum
eſt. et eſt mirabile in oculis noſtris. Alleluya
Dominus regnauit decorem induit. induit domi
nus fortitudinem et precinxit ſe uirtute.
In illo tempore. Paſtores loquebantur
ad inuicem. Tranſeamus uſque bethleem.
et uideamus hoc uerbum quod factum eſt
quod dominus oſtendit nobis. Et uene
runt feſtinantes et inuenerunt mariam
et ioſeph. et infantem poſitum in preſepio. Vi

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/19, fol. [2]v-[1]r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ds5f/6576/56087)